Fragmentarium

cum tribularentur et de necessitatibus eorum liberavit
eos. Et eduxit eos de tenebris et umbra mortis
et vincula eorum disrupit. Confiteantur domino misericordie eius
et mirabilia eius filiis hominum. Quia contrivit portas
ereas et vectes ferreos confregit. Suscepit eos
de via iniquitatis eorum propter iniusticias enim suas
humiliati sunt. Omnem escam abhominata est
anima eorum et appropinquaverunt usque ad portas mor-
tis. Et clamaverunt ad dominum cum tribularentur
et de necessitatibus eorum liberavit eos. Misit ver-
bum suum et sanavit eos et eripuit eos de in-
teritionibus eorum. Confiteantur domino misericordie eius et
mirabilia eius filiis hominum. Et sacrificent sa-
crificium laudis et annuntient opera eius in exultatione.
Qui descendunt mare in navibus facientes operatio-
nes in aquis multis. Ipsi viderunt opera domini
et mirabilia eius in profundo. Dixit et stetit spiritus
procelle et exaltati sunt fluctus eius. Ascendunt ad ce-
los et descendunt usque ad abyssos anima eorum in malis
tabescebat. Turbati sunt et moti sunt sicut ebrius
et omnis sapientia eorum devorata est. Et clama

License: public_domain – Leuven, KU Leuven Bibliotheken Bijzondere Collecties, Ms. 1265, fol. [5]r – Psalter
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-ps5l/7275/58772)